Quelle: http://manuscripta.at/?ID=957
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ex opacitate siluarum. quarum ibi maxima est copia insidiis ponendis
oportunus. extremam impedimentorum partem. & eos qui nouissimi agminis
incedentes subsidia precedentes tuebantur. desuper incursantes. in sub
iectam uallem deiciunt. consertoque cum eis prelio usque ad unum omnes interfici
unt. ac direptis impedimentis. noctis beneficio. quam iam instabat protecti.
summa cum celeritate in diuersa dispergunt. Adiuuabat in hoc facto
uuascones. & leuitas armorum. & loci in quo res gerebatur situs. ecclesiam fran
cos & armorum grauitas. & loci iniquitas. per omnia uuasconibus reddidit
impares. In quo prelio ekihardus regie mense preposit. anshelmus comes pala
tii. cum aliis compluribus interficiuntur. Neque hoc factum ad presens uindica
ri potuit. quia hostis re perpetrata ita dispersus est. ut ne fama quidem rema
nerent. uel queri potuissent. Domuit et britones qui ad occidentem in extre
ma quadam parte gallie super litus oceani residentes dictu audientes
non erant. missa in eos expeditione. qui & obsides dare. & qui operarentur
se facturos polliceri coacti sunt. Ipse postea cum exercitu italiam ingressus. ac
per romam iter agens. capuam campanie urbem accessit. atque ibi positis
castris. bellum beneuentanis non dederentur comminatus est. Preuenit hoc
dux gentis aragisus. filios rumoldum et grimoldum cum magna pecu
nia obuiam regi mittens. rogat ut filios obsides suscipiat. seque
cum gente imperata facturum pollicetur. preter hoc solum. supse ad conspectum
uenire non cogeretur. Porro magna rex utilitate gentis magis quam am
mi eius obstinatione considerata. & oblatos sibi obsides suscepit. eique ut
ad conspectum uenire non cogeretur. pro magno munere concessit. unoque ex
filiis qui minor erat obsidatus gratia retento. maiorem patri remisit. le
gatisque ob sacramenta fidelitatis a beneuentanis exigenda atque susci
pienda cum argiso dimissis. romam reduit. consummatis ibi in sanctorum ue
neratione locorum aliquot diebus. in galliam reuertitur. Baioaricum deinde bel
lum & repente ortum. & celeri fine completum. est. quod superbia simul ac
socordia tassilonis ducis excitatum. Qui hortatu uxoris que filia re
gis desiderii erat. ac patris exilium per maritum ulcisci posse putabat.

Beneuentum oppugnat

Baioaricum bellum